

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

---

Peter, Archbishop of Cesarea. Donation document made out to the 'domui sancti Lazari leprosorum in Jerusalem' dated 1235. OSML/MA: Ms. fol.14

- Transcribed in: A. de Marsy [ed.]. Fragment d'un Cartulaire de l'Ordre de Saint-Lazare en Terre Sainte. Archives de l'Orient latin, Ernest Leroux, Paris, Vol.2, 1884, no.II, p.121-163
- Transcribed in: Charles Savona-Ventura. The Order of Saint Lazarus in the Holy Land. Grand Priory of the Maltese Islands - MHOSLI, Malta, 2011.

1235 Cesarea	Peter, archbishop of Cesarea, with the consent of his chapter	Donation to the house of St Lazarus of Jerusalem of a house and church at St-Laurent-de-Pain-Perdu in the territory of Caesarea, on condition an annual fee of eight candles [vide also previous document].
-----------------	---	---

*Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod nos Petrus, Dei gratia Cesariensis archiepiscopus, de consensu et voluntate capituli nostri, pro remedio et salute anime nostre et predecessorum nostrorum, damus et concedimus in puram et perpetuam elemosinam, domui Sancti Lazari leprosorum in Jerusalem domum et ecclesiam Sancti Laurentii de Painperdu, sitas in territorio. Cesariensi cum omnibus appentiis, iuribus pertinentiis et orationibus suis ad sustentationem leprosorum et aliorum. in dicta domo Ierosolimitana Deo servientium habendas, tenendas, et, imperpetuum jure hereditario et proprietario, possidendas; ita tamen quod quicumque per magistros dicte domus ibidem instituetur faciet nobis et nostris successoribus obedientiam, salva tamen per omnia regula domus supradicte, et obedientia debita facta ipsis magistris et etiam facienda. Et, in recognitionem jurisdictionis ordinarie, magistri, qui pro tempore fuerint vel rectores ejusdem domus et illi, qui pro. predicta domo, memoratas domum et ecclesiam gubernabunt, singulis annis, octo cereos . iiij. rotuarum, in cathedra Sancte Petri Cesariensis ecclesie, censualiter persolvent. Si vero terram illam, quod absit, aliquo tempore Sarracenorum contigerit subici potestati, et presentem pacem et treguam inter christianos et Sarracenos initam non teneri, promissum censum solvere nullatenus tenebuntur, nec pace etiam vel tregua tractu temporis premodo reformata, censum transacti temporis quo idem domus et ecclesie prescriptarum possessione pacifica caruerunt, post earumdem recuperationem restaurare. Volentes igitur ut hec nostra donatio atque concessio firmitatis perpetue robur*

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

---

optineat patentem paginam, cum scriptione canonicorum nostrorum, sigilli nostri plumbei munimine fecimus ioborari.

Actum Cesaree, anno ab incarnationis dominice M • C • XXX • O, indictione VSSS, Rainaldus (sic) de Floriato, existente magistro ejusdem domus, ego P., cantor Cesariensis, interfui, concessi, et subscripsi; et ego Jacobus, thesaurarius Cesariensis, interfui, concessi et subscripsi: ego R., canonicus Cesariensi, interfui et concessi, et propria manu subscripsi; et ego F. canonicus, subscripsi.